



Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuritur ... contra
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &
heriditarias quasi successiones

Epo, Boetius

Duaci, M.D.LXXXIIX.

95 Ne Simoniaca quidem resignatio priuat resignantem ipso iure, sed per
iudicem erit priuandus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

hanc sententiam Carolus Molineus in eandem Regulam de infirmis resignantibus mox in princ. & Couarruias d. nu. 6. Et merito fanè; quoniam iuris est euidentis, neminem beneficio suo semet auctoritate propria posse abdicare; quandoquidem vt Alexander III. Pontifex Episcopo Tornacensi rescripsit, Episcopo inconsulto sua beneficia vel suas ecclesias dimittere clerici prohibentur c. admonet. s. de renunciat. quod & aliis locis confirmatur, vt c. quod in dubiis. & cap. nisi cum pridem. eod. tit. de renunciat. Ratio quoque luculenta non deest, nimirum quod nemo stationem suam deserere debeat miles, vt in huius commentarij proœmio satis copiosè demonstrauius. quod ad eò verum est vt ne renunciatio quidem apertè simoniaca faciat vt beneficium vacet vel in ipsiusmet renunciãtis præiudicium, iuxta Glossographum ab omnibus plerisque receptum in cap. super hoc. ad verb. pecuniã. s. de renunciat. quod singulariter est notandum. licèt enim detestabile sit simoniã scelus, ad eò vt omnes omninò simoniaci tam occulti quàm manifesti ipso iure sint excommunicati nec ab alio quàm ab ipso Summo Pontifice possint absolui præterquam in mortis articulo, siue in ordinibus ecclesiasticis commiserint simoniam siue in beneficiis, nec vllum quæratur in huiusmodi beneficiis ius, ita vt fructus inde perceptos non faciant suos, immò ad illorum omnium quæ perceperunt restitutionem sub animæ suæ periculo

95

Ne Simoniaca quidē resignatio priuat resignantem ipso iure sed per iudicem erit privatus.

96

Simonicorū pena.